

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber V.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN VALERII
FLACC. LIBR. V. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.

Amona sava lues tollit, Tiphynq; carinæ
Auctorem Æmonix, doctum cui garrula
puppis
Sufficit Erginum, cœpti Fortuna laboris
Tres addit socios: furtum: linguamq; Promethei
Expiat Alcides. Colchis appellitur oris
Argo. Soligenam nocturna in somnia terrent
Tergora tum clarus svadet reddi aurea Perse
Effugit. Æsonidæ offertur Medea. petuntur
Vellera, fraus agitat Regem: convivia tectis
Apparat Æetes. sævis Grandive Minervam
Inceperans fortem: tantas sed Jupiter vias
Componit: Phlegra canunt certamina Musæ.

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON

LIBER V.

Altera lux haud lata viris emerfit Olympo:
Argolicus morbis, fasisque rapacibus, Id-
mon

Labitur; extremi sibi tum non inscius ævi.
At memor Æsonides nimium jam vera locuti
Phineos; hinc alios raptò pavet Idmone luctus.
Tum comiti pia iusta tulit: calataq; multa

T

Arce,

Arte, Dolionij donat velamina regis;
 Hospes humum sedemq; Lycus, flens arma reuelis
 Idmonis è celsa Mopsus rate: robora cadunt
 10 Pars siluis, portantq; aræ: pars, anguris alba
 Fronde caput, vittisq; ligant; positumq; fere: ro
 Congemuere. dies simul & suus ammonet omnes.
 Ecce inter lacrimas, interq; extrema viroꝝ um
 Munera; quem cursus penes, imperiumq; carinas
 15 Tiphyn agit violenta lues: cunctique pavore
 Antonii, fundunt mœstas ad sidera voces:
 Arcipoiens adverte, precor, nunc deniq; Apollo;
 Hoc pater, hoc nobis refove caput: ulla laboris
 Si nostri te cura mouet, qui cardine summo
 20 Vertitur, atq; omnis manibus nunc pender ab univ
 Dicta dabant ventis, nec debita fata movebant.
 Qualem precipiti gravidum jam sorte parentem
 Natorum steter parva manus, trepidiq; precantur,
 Daret ut invalidis, & adhuc genitoris egenis.
 25 Haud aliter socij supremo in tempore Tiphyn
 Ante alios superesse volunt: mors frigida contra
 Vrget: & ille recens oculis intervolat Idmon.
 Exanimum frustra Minye clamore morantur;
 Avelliq; negant: vix membra rigentia tandem
 30 Imposuerè rogo: lacrimasq; & munera flammis
 Vana ferunt: crescit donis feralis atrovum.
 Ut verò amplexus fessi rupere supremos,
 Et rapida sonuere faces; tunc ipsa cremari
 Visa ratis; medioque viros deponere ponto.
 35 Non tulit Æsonidos, geminis flagrantia cernens

Corpora cara rogis: sed pectore ductor ab imo
 Talia voce gemit: Quid tantum in fensa repente
 Numina? quas nostri poenas meruere labore?
 Bina (nefas) toto pariter mihi funera surgunt
 Litore. magna adeo comitum numerosaq; pubes. 40
 Aut socios rapit atra dies; aut ipse relinquitur
 Sontibus impulsus Furijs. ubi Tiphys? ubi Idmon
 Fata canens? ubi monstrifera par ille noverca?
 Te sine Thespiade nos ulla movebimus ultra
 Equora? nec summa speculantem puppe videbo. 45
 Pleiadumq; globos, & agentes noctibus Arctos?
 Cui Minyas, caramq; ratem, cui sidera tradis?
 Carpere securas qui jam iubet Aesona noctes?
 Hoc labor, hoc dulci totiens fraudata sopore
 Lumina, & attonitis nimium mens anxia Colchis 50
 Profuit? heu quantum Phasis, quantum Aeta recessit?
 Nunc quoque si tenui superant in imagine curas;
 Assis umbra, precor, venturi praescia coeli,
 Rectoremque tua moneas ratis. haec ubi fatius;
 Sola virum flammis vidit lambentibus ossa. 55
 Quod tamen externis unum solamen in oris
 Restat, ait, carae humus haec non dividet umbras,
 Ossaque nec tumulo, nec separe conteget urna:
 Sed simul ut junctis venistis in equora fatis.
 Haud mora: relliquias socij desletaque miscent 60
 Nomina: tum vivo frondes, & cespitem tellus
 Aggeritur: cineremque Lyco commendat Iason.
 Maesti omnes, dubijque; ratem fidissima cujus
 Dextra regat: simul Ancus, sollersque petebant

- 65 Nauplius. Erigium fato vocat ipsa monentē
 Quercus: & ad consus victi rediere magistri.
 Ac velut ille, gregis cessit cui regia, taurus
 Fertur ovans, hunc omnis honos, hūc omnis in unū
 Transiit amor: primō leio sic tempore rector
- 70 Ingredi: ur cursus: etenim dat candida certam.
 Nox Helicen jam prora fretum cōmoverat, & jam
 Puppe sedens placidas dimiserat ancora terras.
 Inde, prementē Noto, iristes Acherusidos oras
 Præterit: & festa vulgatum nocte Lyæi
 Callicoron: (nec vana fides) his Bacchus in undâ
 Abluit Eoo vorantes sanguine Thyrsos.
 Illum, post acies, rubrique nouissima claustra
 Aequoris, hic resides thyasos, hic ara moventem,
 Udaque pampinea nectentem cornua vitæ
- 80 Nunc etiam meministis aque: Bœotia qualem
 Thyas, & infelix cuperet vidisse Citheron.
 Fama per extremos quin jam volat improba
 manes,
 Interea & magnis fatorum laudibus implet;
 Addita jamq; fretis repetens freta, jamq; ferentes
- 85 Cyaneas, ardent avidos atollere vulnus,
 Quos pietas vel tangit adhuc, quos emula virtus.
 Fata immota manent: unum, qui litore in illo
 Conditus ad caræ mittunt spectacula turba.
 It Stelenus, qualem Maurotia vidit Amazon,
 Cumq; suis comitem Alcides ut concidit armis:
 Talis ab equorei consurgens aggere busti
 Emicuit: fulsere undas; Sol magnus ut orbem

Tolleret, aut nubem quateret polus. atque ea vix
dum.

Visa viris: aëram nox protinus attulit umbram:
Ille dolens altum repetit chaos. omnia Mopsus 95
Dum stupet, in prima: umulū procul aspicit Actā:
Obnubensque caput, cineri dat vina vocato.
Carmina quin etiam visos placantia manes
Ochrysius dum ritē movet; mixtoque sonantem
Percutit ore lyram, nomenq; reliquit harenis. 100
Altius in ventos recipi ravis; ac fugit omne
Crobiali latus, & fatis tibi Tiphys negatum
Partheniū: ante alios Trivia qui creditur amnes
Fidus, & Inopi materna graior unda
Adox etiam Cromnam, atq; iugo pallēte Cytoron, 105
Teque cita penitus condunt Erythia carina
Jamq; reducebat noctem polus: alta Carambis
Raditur, & magna pelago tremi: umbra Sinopes.
Assyrios complexa sinus stat opima Sinope;
Nympha prius, blandosq; Jovis quæ luserat ignes 110
Caliculis immora procis: deceptus amare
Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.
Addidit hic casu comites fortuna benigno,
Autolicum, Phlogiumq; & Deileonta, secutos
Herculis arma viros: vagus hos tibi fixerat errar. 115
Ut Grajam videre manum, puppēq; Pelasgam;
Prima ruunt celeres ad litora, seque precantur
Accipiant socios. nova dux accedere gaudet
Nomina, desertos & jam sibi currere remos.
Transit Halys; longisq; fluens anfractibus Iris, 120

- Savaq; Thermodoa medio sale murmura volvens
 Gradivo sacer, & spolijs ditissimus amnis:
 Donat equos, donat votas cui virgo secures,
 Cum redit ingenti per Caspia claustra triumpho
 125 Massageten Medumq; trahens. est vera propago
 Sanguinis; est ollis genitor deus. hinc magis alta
 Hemonide petere, & monitus nō temnere Phinei.
 Ipse autem comitum conversus ad ora novorum:
 Vos mihi nuno pugnas, ait, & victricia, Ductor,
 130 Herculis arma mei, vestrasq; in litore Martis
 Interea memorate manus. sic fatus, & agro
 Corde silens, audit currus, bellique labores
 Virginei: exciderit frenis que prima remissis
 Semianimo patrius qua vexerit amnis in aquor;
 135 Que pelta lacus, atq; humeros nudata pharetris
 Fugerit, Herculee mox vulnere prensa sagittas;
 Ut que securigeras stimulaverit ira catervas,
 Fleturusq; pater; quantus duce terror in ipsas
 Qui furor insignis; quo hactenus arserit auro.
 140 Nocte sub extrema clausis telluris ab antris
 Peruigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
 Ruricole Gradive tui: sonat illa creatrix
 Prima manus belli terras crudelis in omnes.
 Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
 145 Eruerunt, ensesq; darents odia agrā sine armis
 Errabant, iraq; inopes, & segnis Erynnis.
 Inde Genetei rupes Jovis; inde Tymavos
 Dant virides post terga lacus: ubi deside mitra
 150 Feta ligat, partuq; virum fovet ipsa soluto.

Vos quoq; non nota mirati vela carinae 150
 Mossonychii: vos & stabulis Macrones ab aliis,
 Byzeresq; vagi, Philyraq; à nomine dicta
 Litora, quæ cornu pepulit Saturnus equino.
 Ultimus inde sinus, sævumq; cubile Promothei
 Cernitur; in gelidas consurgens Caucasus Arctos. 155
 Ille etiam Alciden Titania fata morantem,
 Attulerat tum fortè dies: jamq; aspera nisu
 Undique convellens, veteris cum strage pruina,
 Vincula prensa manu saxi abduxerat imis
 Arduus, & levo gravior pede: consonat ingens 160
 Caucasus. & summo pariter cum monte secute
 Incubuerunt trabes, abductaq; flumina ponto:
 Fit fragor; æthereas cœu Jupiter arduus arces
 Impulerit, imas manus aut Neptunia terras
 Horruit immensum ponti latus: horruit omnis 165
 Armenia prætentus Hiber: penitusq; recussa
 Equore, Cyaneas Minya timuere relictas.
 Tum gemini propiore Chalybs, densusq; revulsis
 Ruptibus audiri montis labor, & grave Titan
 Vociferans; fixos scopulis dum velli: ut artus. 170
 Contra autè ignari (quis enim nunc credat in ullis
 Montibus Alciden? dimissave vota reventi)
 Pergere iter socij: tantum mirantur ab alto
 Litora discussa sterni nive, ruptaq; saxa,
 Et simul ingentem moribunda desuper umbram 175
 Alitis, atq; atris rorantes imbribus auras.
 Sol propius flammabat aquas: extremiq; fessis
 Cœperat optatos jam lux ostendere Colchos.

- Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in equor
 Ore ruit. cuncti pariter loca debita noscunt,
 180 Signaq; commemorant, emensasq; ordine gentes:
 Dantq; ratem fluvio. simul ethere plena corusco
 Pallas, & alipedum Juno iuga sistit equorum.
 Ad dum prima gravi ductor, subit ostia pulsus
 185 Populeos flexus, tumulumq; virentia supra
 Flumina cognati medio videt aggere Phryxi:
 Quem comes infelix parvo de marmore iuxta
 Stat soror, hinc seve formidine mæsta noverca,
 Inde maris, pecudiq; timens imponere palmas,
 190 Sistere tum socios iubet, atq; hinc prima ligari
 Virgula: ceu Pagasis patriumq; intraverit amni,
 Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi
 Ruc ferens, umbram vocat, & sic fatur ad aras:
 Per genus, atq; pares tecum mihi Phryxe labores,
 195 Tu precor orsa regas, meque his tueris in oris:
 Tot freta, tot dure proferantia sidera passis (rat.
 Phryxe faves, & patrius placidus reminiscere iter:
 Tu quoq; nunc tamulo nequiquam condita inani,
 Annue diva maris, numeroq; accede tuorum.
 200 Quando egomet rursus per te ve har? auro a quaeda
 Seston, & infastos agnoscent veller a fluctus?
 Vos etiam sitva, vos Colchidos hospitis ore
 Pandite, dives ubi pellis micet arbore sacra:
 Tunc tibi, secundi proles Jovis orbe nivali
 205 Arcados axe dea, fluvio modo Phasi quiero
 Palladium patriare ratem, nec dona, nec are
 Desuerint tellure meae veneranda fluentis

Effigies te Phasi manet; quam magnus Epineus,
 Et pater aurato quantus tacet Inachus antro.
 Dixerat. atq; illi dextra sine, versa magistri, 210
 Protinus in proram redijt ratis omine certo,
 Fluminis os pontumq; tuens. promittis ut ecce,
 Utque vocas revehemur, ait. sic deinde precatus,
 Arma iubet celsa socios depromere puppe:
 Dona dehinc Bacchi, casus qui firmet in omnes. 215
 Raptæ Ceres: viridesq; premūt longo ordine ripas.
 Incipe nunc alios cantus deas: visaque vobis
 Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non hæc
 Ora satis: ventum ad Furias, infandaque nata
 Fœdera, & horrenda trepidam sub virgine puppē: 220
 Impia monstriferis surgunt jam prælia campis.
 Antè dolos, antè insidi tamen exsequar astus
 Soligenæ, falli meriti, meritiq; relinqui.
 Inde canens: Scythica senior jam Solis ab urbe
 Fata laborati Phryxus compleverat evi; 225
 Illius extremo subfunere, mira repente
 Flamma poli, magnoque aries apparuit astro,
 Aequora cuncta movēs: arvelleræ, Martis in ūbra,
 Ipse sui Phryxus monumentum insigne pericli
 Liquerat, ardenti quercum complexa metallo. 230
 Quondam etiam tacite visus per tempora noctis
 Effigie vasta: socerumque exterruit ingens
 Proditæ vox: O qui patria tellure fugatum,
 Querentemque domos, his me considerare passus
 Sedibus, oblata generum mox prole peristi: 235
 Tunc tibi regnorum labes, luctusq; supersunt,

- Rapta soporato fuerint cum veller a luco.
 Praeerea infernaeque nunc sacra Diana
 Fert castos Medea choros, quocumq; procorum
 240 Pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis.
 Dixit, & ammot a pariter fatalia visus
 Tradere terga manu: tum falso fufus ab auro
 Currere per summi fulgor laquearia tecti.
 245 Membra thoris rapit ille tremens, patriumque
 precatur
 Numen, & Eoo surgentes litore curru.
 245 Hec tibi fatorum genitor tuicla meorum
 Omnituens; tua nunc terris, tua lumina toto
 Sparge mari: seu nostra dolos molitur opertos,
 Sive externa manus, primus mihi nuntius esto.
 250 Tu quoque sacra rutilant cui veller a quercu,
 Excubias Gradive tene; praesentia luco
 Arma, tubaq; sonent: vox & tua noctibus exstet.
 Vix ea: Caucasais cum lapsus montibus anguis,
 Haud sine mente dei, spiris nemus omne refusus
 255 Implicuit, Grajumq; procul respexit ad orbem.
 Ergo omnes prohibere minas, praedictaq; Phryxi
 Invigilat: plena nec dum Medea inventa
 Annuitur thalamis Albani virgo tyranni.
 Interea augurijs, monstrisq; minacibus urbem
 260 Territat antemonens semper deus, & data sevis
 Signa mali: reddi iubet exitiale sacerdos
 Vellus, & Hemonijs infestum mittere terris.
 Contra Sole satius Phryxi precepta voluntas
 Aegro corde negat: nec vulgi cura tyranno;

Dum sua sit modò tuta salus. tunc ordine regi 265
 Proximus, & frater materno sanguine Perses,
 Increpitare virum: sequitur duce turba reperto.
 Ille furens tra, solio se proripit alto,
 Præcipit atq; patres: ipsum quoque talibus ausis
 Spem sibi jam rerum vulgi levitate ferentem, 270
 Ense petit. rapit inde fugam crudelia Perses
 Signa gerens; omnemq; quatit rumoribus Arcton.
 Jamq; aderat magnis regum cum milibus urbi,
 Primaq; in adversos frustratus prælia muros,
 Constiterat. datus & socijs utrimque cremandis 275
 Ille dies, alterque dies; cum Marte remisso,
 Debitus Aëcis dux Thessalus appulit oris.
 Nox, hominum genus, & duros miserata labores,
 Retulerat fessis optata silentia terris:
 At Iuno & summi virgo Jovis intima secum 280
 Consilia, & varias sociabant pectore curas.
 Virgo prior, Magna pariter quos mole petamus,
 Cernis, ait; Colchos habeant que prælia, quique
 Nunc status. hinc Perses, illinc non viribus equis
 Apparat Aëtes aciem: quibus addimur armis? 285
 Cui Iuno: Dimitte metus, ne prælia fortè
 Hinc tibi grata negem: manet ingens ægida sudor,
 Et nostros jam sudor equos: stat pectore fixum,
 Aëte sociare manus: scio perfida regis
 Corda quidem; nullos Minyis exsolvet honores; 290
 Verùm alios tunc ipsa dolos, alia orsa movebo.
 Sint, precor, hæc: tua namque mihi comitanda
 potestas,

Pallas

- Pallas ait, liceat Graiis ut reddere terris
 Aesonum caput, & puppē, quam struximus ipse,
 295 Iactatam tandem nostro componere cœlo.
 Talia tunc hominum superi pro laude movebant,
 Tristior at numquam, tanto ve parentibus ulla
 Nox Minyis egesta metu: nil quippe reperto
 Phaside, nil domitis actum Symplegados undis,
 300 Cunctaq; adhuc magni veniant dū regis ad urbem
 Ambigua, & dubia rerum pendentia summa.
 Precipue Aesoniden, varios incerta per æstus
 Mens rapit, undantem curis, ac multa novanti.
 Qualiter ex alta cum Jupiter arce coruscat,
 305 Pliadas ille movens, mistumq; sonoribus imbrem.
 Horrifera nive, canis ubi tollitur omnis
 Campus aquis, aut sanguinei magna hostia belli,
 Aut altos duris fatorum gentibus ortus.
 Sic tum diversis, hinc atq; hinc molibus, anceps
 310 Pectora dux crebro gemitu quatit: optat & almi
 Jam iubar, & certi tandem discriminis oras,
 Tunc defixa solo, cœtusq; intenta silenti
 Versus ad ora virum, Quod primum ingentibus
 ansis
 Optavistis, ait, veterumq; quod horruit ætas.
 315 Assumus en, tantumq; fretis enavimus orbem.
 Nec Pelagi nos mille vie, nefama fefellit,
 Soligenam Aecten media regnare sub Arcto.
 Ergo ubi lux altum sparget mare; tecta perenda
 Urbis, & ignoti mens experienda tyranni:
 320 Annuet ipse reor, neq; inexorable certe.

Quod

Quod petimus: sin verò preces & dicta superbus
 Respuerit; jam tunc animos firmate repulse;
 Quaque via patrijs referamus veller a terris,
 Stet potius: rebus semper pudor absit in artis.
 Dixerat; & Scythicam qui se comitētur ad urbē 325
 Sorte petit: numeroq; novem ducuntur ab omni.
 Inde viam, qua Circei plaga proxima campi,
 Corripiunt, regemq; petunt, jam luce reducta,
 Fortē deūm varijs per noctem exterrita monstribus,
 Senserat ut pulsus tandem Medea tenebras; 330
 Rapta thoris primi iubar ad placabile Phœbi
 Ibat, & horrendas lustrantia flumina noctes.
 Namque soporatos tacitis in sedibus artus
 Dum premit alta quies, nullaq; in virgine curas;
 Visa pavens castis Hecates excedere lucis: 335
 Dumq; p̄i petit ora patris; sterit arduus inter
 Pomus, & ingenti circum stupefacta profundo,
 Fratretamen conante sequi: mox stare parentes
 Viderat incerta pueros nece, seq; trememem
 Spargere cade manus, & lumina rumpere stenu. 340
 Hic turbata minis, fluxivos, ripamque petebat.
 Phasidis, aequali Scythidum comitante carerva.
 Florea per verni qualis iuga duxit Hymeti,
 Aut Sicula sub rupe choros, hinc gressibus harent
 Pallados, hinc caræ Proserpina juncta Diane, 345
 Alior, ac nulla comitum certante, priusquam
 Palluit, & viso pulsus decore omnis Averno.
 Talis & in vitis gemine cum lumine tædæ
 Colchis erat, non dum miseris exorsa parentes.

- 350 *Ut procul extremi gelidis à fluminis undis
Prima viros tacito vidit procedere passu,
Substitit: & mæsto nutricem affata timore est:
Que manū hac, certo ceu me perat agmine, mater,
Advenit; haud armis haud umquā cognita cultus*
- 355 *Quere fugam precor, & tutos circumspice saltus.
Audit virginis custos grande va pudoris
Enioche, cultus primi cui creditus ævi:
Tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
Non tibi ab hoste minæ, nec vis, ait, ulla propin-
quat,*
- 360 *Nec metus; externo jam flammae murice cerno
Tegmina; jam vittas frondemq; imbellis olive:
Grajus adest: Grajo sic cuncta simillima Phryxo.
Sic ait, at luno pulchrumq; longissima quando
Robur cura ducis: magniq; dedere labores;*
- 365 *Mole nova, & roseæ perfudit luce juvente,
Jam Talaum, jamq; Ampyciden, astroq; comanite
Tyndaridas, ipse egregio superemines ore.
Non secus autūno quam cum magis asperat ignei
Sirius, & sevo cum nox accenditur auro,*
- 370 *Luciferas erinita faces; habet Arcas, & ingen
Jupiter: ast illum tanto non gliscere cælo
Vellet ager, vellent calidis jam fontibus amnes.
Regina, attonito quanquam paupor ore silentem
Exanimet, mirata tamen, paulumq; reductis*
- 375 *Passibus insolito stupuit duce, nec minus inter
Ille tot ignoti socias gregis heret in una
Defixus, sentiq; ducem dominamque saterua.*

Si dea, si magni decus huc ades, inquit, Olympis
 Has ego credo faces, hæc virginis ora Diane,
 Teque renodatam phæeris, ac pace fruentem, 386
 Ad sua Caucasæ producunt flumina Nympha.
 Si domus in terris, atq; hinc tibi gentis origo;
 Felix prole parens, olimque beator ille
 Qui tulerit, longis & te sibi junxerit annis
 Sed fer opem regina viris, nos hospita pubes 389
 Auehimur, Gratiùm proceres, tua recta petètes.
 Duc, precor, ad vestri, quicumq; est, ora tyranni:
 Ac tu prima doce fandi tempusque, modumque.
 Nam mihi sollicito, deus, ignaroque locorum
 Te dedit, in te animos sed & omnia nostra repono. 392
 Dixit, & opperiens trepidam, stetit, illa parumper
 Virgineo cunctata metu, sic orsa vicissim:
 Quem petis Aætes; genitor meus: ipsaq; iuxta
 Mœnia: si vivos possis discernere calles. 395
 Hac aded duce ferte gradus: ingentia namque
 Castra, alios aditus, atq; impius obsedit hostis.
 Dixerat hæc, patriumq; viâ detorquet ad annè;
 Sacraq; terrificæ supplex movet irritata nocti.
 Ille autem inceptum famula dace proinus urget
 Aère septus iter: patitur nec regia cerni 400
 Iuno virum, prior Aæta ne nuntius assit.
 Jamq; inerat populo, mediæq; incognitus urbi
 Cum comes orsa loqui: Phœbi genitoris ad aras
 Ventum, ait; huc adytis jam se de more paternis
 Rex feret: hic proceres audit, populosq; precantes 405
 Alloquijs facilis presens pater ammonet æqui.

Dixit.

- Dixerat. ast illi properè monstrata capessunt
 Limina. non aliter quàm si radiantis adirent
 Ora dei, verasq; eterni luminis arces;
- 410 Tale iubar per tecta micat. stat ferreus Atlas
 Oceano, genibusq; tumens infringitur unda:
 At medijs per terga senis, rapit ipse nitentes
 Altus equos, curvoque diem subtrexit olympo:
 Ponè rota breviorè, soror, densaque sequuntur
- 415 Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes.
 Nec minus hic varia dux letus imagine templi,
 Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
 Colchidos hic, ortusq; tuens: ut prima Sesostris
 Inculerit rex bella Gethis; ut clade suorum
- 420 Territus, hos Thebas, patriumq; reducat ad annis
 Phasidis hos imponat agris Colchosque vocari
 Imperet. Arsitroen illi irepideque requirunt
 Oïa leta Phari, pinguemq; sine imbribus annis
 Et jam Sarmaticis permutant carbasa braci.
- 425 Barbarus in patrijs sectatur montibus Acam,
 Phasis amore furens: pauidas jacti illa pharetras
 Virgineo turbata metu; discursibus & jam
 Deficit, ac volucris victam deus alligat unda.
 Flebant popule juvenem Phactonta sorores:
- 430 Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem,
 At Jaga vix Tethys, sparsumq; recolligit axem,
 Et formidantem patrios Pyroënta dolores.
 Airca quin etiam prasaga Mulciber arte
- 435 Vellerat; venturosq; olim calar at Achivos:
 Textitur Argœa pium Pagæsa securi:

Jama, eadem
 Ipse subit,
 Exoritur
 Cervinus
 Apparent
 Clamantem
 Vibserat
 Ludus ubi
 Regalique
 Deserit
 Deficit in
 Pallam,
 Apparuit
 Manere qu
 Infelix
 Implicat
 Struxerat
 Quis labor
 Cede mado
 Quis idem
 Causa Sole
 Filius hunc
 Dignus au
 Tum gene
 Distuler
 Acolide,
 Progenit
 Est aliq;

Jamq; eadem remos, eadem dea slectit habenas:
 Ipse subit, nudaque vocat dux agmina dextra,
 Exoritur Notus, & toto ratis una profundo
 Cernitur. Oebrysis gaudebant carmine Phoca.
 Apparent trepidi per Phasidis hostia Colchi: 440
 Clamantemque procul linguens regina parentem.
 Vrbs erat hic contra gemino circumflua ponto,
 Ludus ubi & cantus, tadeque in nocte jugales,
 Regaliq; thoro letus gener, ille priorem
 Deserit: ultrices spectant à culmine Dire, 445
 Deficit in thalamis, turbataq; pelice conjunx
 Pallam, & gemmifera donum exitiale corona
 Apparat, ante omnes secum dequesta labores
 Munere quo patrias pelex ornatur ad aras:
 Infelix & jam rutilis correpta venenis 450
 Implicat igne domos: hæc tum miracula Colchis
 Struxerat ignipotens; nondum noscentibus illa:
 Quis labor aligeris, aut que secet anguibus auræ
 Cede madens: odere tamen, visusque resedunt.
 Quin idem Minyas operum deflexerat errors 455
 Cum se Sole satius patrijs penetrabilibus infert,
 Filius hunc juxta primis Absyrtus in annis
 Dignus auro, quemque insontem meliora manerent.

Tum gener Albanis Stryus qui aduenerat oris,
 Distulerat sed bella toros: tum Phrontis & Argus 460
 Aeolida, fraterq; Melas, quos advena Phryxus
 Progeniuit pariterq; levi Cyrisorus in hasta.
 Post alij; quos precipuos Titania telus

V

Legit

- Legit honore patres: motioq; ad prelia reges.
 465 Ammonet hic socios, nebulaq; erumpit Iason,
 Sideris orsa ferens, nova lux effusa Citeis:
 Conveniunt, rogitantq; viros, rogitantq; quid ausi,
 Quidve ferant, postquam primis inbiantia dicta
 Agmina, suppressumq; videt jam murmur Iasonis.
 470 Talia miranti propius tulit orsa tyranno.
 Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum
 Calicole, & prima dignum statuere carina:
 Si quando hic aliquam nostro satus orbe solebat,
 Thessaliam, si quos Phryxus memorare Pelasgos:
 475 Hi tibi tot casus, horrenda tot aua mensi
 Cernimur. ipse egomet proprio de sanguine
 Phryxi:
 Namque idem Cretheus ambobus & Aeolus auctor
 Cum Jove, Neptunog;, & cū Salmonide Nympha.
 Me neq; nunc enses, aequae egere paterne:
 480 Nec tua Thessalicis quanquam inclita nomina
 terris
 Sponte sequor. cui, non iusso, tot adire voluptas
 Monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
 Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phœbi
 Maxima ab hoste tenens, totq; illacrimata divi
 485 Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu;
 Ille meum imperijs urget caput: ille labores
 Dat varios, suus ut magnum rex spargit ab Argis
 Alciden Steleno ipse satus, tamen aspera regum
 Perperimur iuga; nec melior parere recuso.
 490 Hic sibi me amata pecudis quiscumq; periculis

Exuvias perferre iubet. tibi gratia nostri
 Sit precor hæc, meritiq; locus, quod iussa recepi,
 Teq; alium quam quem Pelias speratq; cupitque
 Promisi: & meliora tua mihi fœdera dextra.
 Si petere hoc se vi statuissem sanguine bellis 498
 Ossa dabat, Pindusq; rates, quotq; ante secuti
 Inde nec audacem Bacchum, nec Persea reges.
 Sed me nuda fides, sanctiq; potentia iusti
 Huc tulit, atq; mei sociatrix gratia Phryxi;
 Jamque tibi nostra genti de stirpe nepores. 500
 Nec tamen aut Phrygios reges, aut arva parentis
 Bebryciæ spernendus adi, seu fraude petitis
 Seu quis honore meo sua reddita dona; deinq;
 Nos genus, atq; ratem, magna sensere Mineruæ.
 Vix tandem longis quesitam Colchida voris 508
 Contigimus, qualemque dabat te fama, videmus:
 Tu modò ne claros Minyis invideris actus.
 Non aliena peto, terrisve indebita nostris;
 Si quis & in precibus verò locus: atq; ea Phryxo
 Crede dari; Phryxum ad patrios ea ferre perates. 510
 Munera tu contra victum mihi vecta per equor
 Accipe, Tenarei clamidem de sanguine abeni,
 Frenaq; & accinctum gemmis fulgentibus enses:
 Hoc patrum decus; hæc materni texta labores:
 His Lapithes adsuerat eques. da jungere dex- 518
 tram;

Da Scythicas sociare domos: sciat effera regis
 Ira mei, quem te horrifero sortitus in axe
 Caucasus, atq; tuis quantum mitescat habenis.

- Talibus orantem, vultu gravis ille minaci
 §20 Jam dudum fremit; & Furijs ignescit apertis.
 Ceu tumet, atq; imo sub gurgite concipit Ausros
 Vnda silens; irahit ex alto sic Barbarus iras:
 Et nunc ausa viri, nunc heu sua prodita Grajs
 Regna fremit: quin & facili sibi mente receptum
 §25 Jam Phryxum dolet, & Scythia perisse timores.
 Nunc quassat caput, ac juvenis spes ridet inanes;
 Quid vesanus agat; quod veller a poscat ab angue,
 Vrit & antiqua memorem vox praescia sortis;
 Cur simul aut Persa illinc sibi moverit, aut hinc
 §30 Thessalicam fortuna ratem: num debitus ista
 Finis agat, seuq; petant jam veller a Parca.
 Interea quoniam belli pugnaq; propinque
 Cura prior, fingit placidis fra pectora diclis:
 Reddit & haec: cuperem haud tali vos tempore totum
 §35 Advenisse meis, quo me gravis obsidet hostis.
 Frater enim, sceptri sic omnibus una cupido,
 Excidium parat, & castris me ingentibus urgeat.
 Quare, age, cognatas primum defendite sedes;
 Nec decus oblati dimiseris advena belli.
 §40 Jamq; virum trahit ipse chalybs: tum veller a victor
 Tum meritis, nec sola dabo. contra infensum astus
 Ergo nec hic nostris deerat labor arduus actis,
 Excipit Aesonides, & ceu nihil equore passis
 Additus iste dies: veniant super hac quoque fato
 §45 Bella meo. non hunc parva mihi cade dolorem,
 Quasque dedit, luct ille moras. sum Castora mihi.

Qui ferat Aëci socijs responsa tyranni.

Acribus ast illos curis mora seua trahebat:

Ac simul ut medio viderunt Castora campo;

Crebrior incussit mentem pavor. ô Jovis alma

Progenies, fare an patriam spes ulla videndi,

Fare tuis, ille in medijs sic orsus Achivis:

Nec ferus Aëetes, ut fama; nec aurea nobis

Terga negat: bello intereâ sed pressus iniquo

Auxilium petit: armatos dux protinus omnes

Accelerare jubet; longo nam tanta recessu

Puppis, & opposita fluvius defenditur urbe.

Haud moras; prosiliunt, quos nec Riphea juven-
tus,

Quos nec Iber, aut tota suis Aurora pharetris

Sustineat. stetit explicito prius agmine pubes.

Expertique simul, si tela artusque sequantur.

Nec quisquam freta, nec patrias jam respicit ur-
bes:

Sed magis ad præsens itur decus, incita cristas

Aura quatit: varijs floret via decolor armis.

Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera vestit:

Qualibus assurgens nox aurea cingitur astris.

Illos Sole satius, tacita mœstissimus ira

Miratur temerè assumptos, nec talia mallet

Roboras; quàm medios hostem subisse penates.

Intereâ leto patitur convivium cultus;

Et juxta Aësoniden magno cratere laceffit,

Nunc sibi monstrantem natos Jovis, oraq; juxta

Aëacidum, nunc ingentes Calydonis alumnos:

- Audit & Alciden infando errore relictum,
 875 Desletosque duces, terraeque, marisque labores.
 Ipse autem tantis concita furoribus arma
 Expetit Aesonides. & amicos ordine reges:
 Quis procul ille virum nobis, quem balteus asper
 Subligat, & stricto stat proximus armiger arcu,
 880 Ceu pugnam paret, & positus confundere mensas
 Contra flammigeri proles Perseia Solis,
 Quem rogitas Carmeius, ait; mos, comminus arma
 Semper habere viros; semper meminisse pharetre,
 Quid Latagum? quid si amnigenam mivere
 Choaspen?
- 885 Bellatoris equi potantem cerne cruores:
 Nec tamen immisissis hic segnior ibit habenis.
 Illum, ait Aesonides, pariter refer; horrida signa
 Cui clavis, & multa spirat coma flexilis aura.
 Respicit Aetes, atq; hunc quoq; nomine reddit:
 890 Dives Aron; croceos sic illius omnes odores
 Factat eques; unctis sic est coma culta manipulis:
 Sed nec sperne virum, & comitis diffide capillis.
 Campesus hic spolijs in Tygridis; ille profundo
 Incumbens Odrussa mero: vide lata comentem
 895 Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.
 Hic & Iaxarten dictis stupet hospes acerbis
 Inmodicum, linguaq; gravem; cui nulla minanti
 Non superum, non praesentis reverentia belli.
 Contra autem Aetes; Non frustra magna superbo
 600 Dicta volant, ait, & vocē paria arma sequuntur:
 Nec requies; quin Marte diem, noctemq; fatigat:

Atq; ubi Riphæa stupuerunt flumina bruma,
 Jam pavidum cum prole Getæ, jam pervigil illum.
 Medus, & oppositis exspectat Iberia claustris.
 Hos autem que quemque manus, que signa se- 605
 quantur,

Si memorem; prius humentem lux solverit umbram:
 Cras acies, atq; illa ducum, cras regna videbis
 Dissona; saxifera surgat quibus imber harena,
 Qua jaculo gens apta levi, que picta pharetris
 Venerit: ingentes animo jam prospice campos. 610

Atq; hanc alipedi pulsanter corpora curru
 Euryalem; quibus exsultet Mauortia turmis:
 Et quantum elata valeat peltata securi,
 Cara mihi, & veras inter non ultima natus
 Faturo, & occiduo libat cratera parenti. 615

Quisq; suis tum vota deis, & pocula fundit;
 Dent aciem, dent belligeros superare labores.
 Ecce autem Geticis veniens Gradivus ab antris,
 Ingentemq; trahens Arctoa per aquora nubem,
 Aspicit Ætæ Minyas stupefactus in urbe, 620

Ambitumq; senem, promissaque veller a puppi
 Thessalica: citus ad summi stellantia patris
 Tecta ruit, questuque Jovem testatur acerbo:
 Que studiis rex magne quies? jam mutua vidi
 Exitia; in solis hominum molimur honores. 625

Teg; ea cuncta iuvant, rabidam qui Pallada cælo
 Non abigis, neque femineis jus obicis ausis.
 Num querar, extructa quod vexerit ipsa carina
 Veller a sacra meis sperantem avertere lucis,

- 630 Quod que palam tutata viros? sic cetera pergas
 Si valet, insidijs que nunc fallacibus ambis,
 Nostra ut Phryxæo spolientur templa metallo.
 Non opus auxilio Colchis, nec fœdere vestro;
 Et Persen simul, & Minyas deposcimus hostes.
- 635 Quin age; quid tanta cocunt in pralia gentes?
 Quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus,
 In nemus auriferum, & sumtis decernimus arma.
 Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris
 Labere; quantum ibi deus experiere; nec illas
- 640 Astiteris impune trabes. an Martia templa
 Intemeranda minus, tacitus mihi lucus & agger,
 Quod rudis; & sola colimur frigentibus umbras;
 Est amor, & rerum cunctis tutela suarum:
 Et tibi magne pater terris donaria certant:
- 645 Est honor his etiam suus anne ego clara Mycenæ
 Culmina, virgineas præder si Cecropis arces,
 Jam conjunx, jam te gemitu, lacrimisq; tenebit
 Nata querens? metuant ergo, nec talia poscant.
 Non tulit hæc animis, quin longa silentia Pallas
- 650 Rumperet, irridens strepitumq; minasq; Gradivæ:
 Non tibi Bystonide, quibus hæc fera murmuræ
 jactes,
 Non Lapirhæ, sed Pallas, ait; neq; ego egide digna,
 Nec vocer ulterius proles Jovis, excidat isto
 Ni tibi corde tumor: lituos mox armag; faxo
- 655 Oderis, & primis adimam tua nomina bellis.
 Quin simili matrem demens gravitate secutus:
 Digna quidem, mōstrum superis que tale creavit.

Quod tamē aggressus scelus, aut quo crimine fontes
 Si juvenem, qui iussa sui tam dira tyranni
 Impavidus, maria & non dum qui nota subibat, 660
 Invenimus, & magnis aliquam spem movimus ausis?
 An nullas preferre preces, nec fœdera regis
 Vlla sequi; cœca sed cuncta impellere pugna
 Debuimus? sic Thraces agunt, sic turbidus iste
 Si qua petit, cuperem hæc etiam nunc bella remitti, 665
 Nec socios armare manus: da velleræ rector,
 Et medio nos cerne mari, quod sit ea Mauors
 Abnegat, & solus nostris sudoribus obstat;
 Ibimus indecores, frustra, tot æquora velle,
 Fassa, quæ nequeam? sic femina: coeperat ardens 670
 Hic verum alternis Mauors insurgere dictis.
 Excipit hinc contra pater, & sic voce coercet:
 Quid vesane fremis? cum vos jam pœnitet acti,
 Peccatumq; satis; tunc ad mea iura venitis,
 Quolibet ista modo, quacumq; impellere pugna 675
 Quæ coepistis; habent quoniam sua fata furores.
 Te tamen hoc conjunx, & te mea nata monebo:
 Sit Persen pepulisse satis; nec vana retentet
 Spes Minyas, finemve velint imponere bello.
 Illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo. 680
 Victa retro nunc castra dabit, bellumq; remittet
 Territus adventu ducis, & virtute Pelasgi:
 Mox ubi Thessalicis referent hos flamina terris,
 Tunc aderit, victorq; domos & scepra tenebit:
 Donec & Aæten inopis post longa senecta 685
 Exsilia, heu magnis quantum licet impia fatis,

Nata juvens; Grajusq; nepos in regna reponat.
 Hic labor, amborumq; hæc sunt discrimina fra-
 trum:

Vadite, & adversis, ut quis volet, irruat armis.

690 Dixerat. instaurat mensas, pacemque reducit,
 Et jam sideream noctem dimittit olympo.

Tunc assuetus adest Phlegreas reddere pugnas,

Musarum chorus, & cithara pulsator Apollo:

Fertq; gravem Phrygius circum cratera minister.

695 Surgitur in somnos, seq; ad sua lumina flectunt.

